## **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

## Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Ionstoni|| Theatrvm|| Vniversale Omnivm|| Animalivm|| Qvadrvpedvm

Jonston, Jan
Heilbrunna, MDCCLV.

VD18 90528808

Petri Castello, Romani, Exetasis De Hyaena Odorifera, Zibethum Gignente, quae Civetta vulgo appellatur.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10966

# PETRI CASTELLI, ROMANI,

# EXETASIS

Hyaena Odorifera, Zibethum Gignente, quae Civetta vulgo appellatur.

CAPUT I.

n rebus arduis indagandis exacta, et sedula opus esse cogitatione, longaque meditatione, et quo quisque iudicio, et ratione magis pollet, eo facilius obstructa referare, recondita promere, et inaccella a-

scendere, satis cuique patens est. Quaestum Unde, cum inquiritur, an antiquorum Hyaenae nobis innotescant, et vice versa, an Zibeth ferax animal priscis innotuerit, multis valde ar-duum ommo videatur. Necessum erit, diligenti pervestigatione nosuti, et magis iudicio, ac ratione, quam fensibus inniti, horum ut voti compotes evadamus, quare anominis, quod multiplexest, explanatione initium ducentes Civettam, Nominum Ruellio Sivettam, animal nunc ita enumera- dictum, ex qua Zibethum colligitur, tio. quamque Catum Zibethicum Marthiolus, Scaliger, Renodeus et a-lii vocarunt, Mustelam vero histo-riae insulae Virginianae Auctor cenfuit, Zapetion a Graecis recentiori-

> HYAENAM ODORIFERAM nos nuncupabimus.

> Porro huiuscemodi nomenclaturarum quaerendi etymon Zibeth Arabicum esse nomen, respondere licebit, apud Arabes enim huiusmodi nomen diverso, quamvis fignificatu legitur. Nempe apud Serapionem cap. 121. de Seder vam his verbis: Zebet, et eft Algalia babens odorem bonum, et ingreditur in medicinis ad abscindendum fluxum sangui-

> bus dici scripsit Renodeus, et a qui-

busdam Cadopleptum appellatur,

nis, et adcasum capillorum. Et addit Sadervam esse dictum in lingua Persica, et est res nigra cum quatinguntur lina in Haaman, et eft berba vel succus niger, ingrédiens in medi-cinis odoriferis. Citat autem Abenmesuai, Bedigoram, et Rasim, non autem Graecos, et ipse Rasis de eadem re agit lib. 3. ad Almans sub no-mine Scedram, vel Scedeguram. Et ludaeus apud Ianuensem in synonymis Severam vocavit, exquibus constat Serapionis Zebeth aliud quid a nostro Zibetho esse, nec quid sit, id quod proposiit Serapio, imaginari queo, in mentem tantum venit Ara-bibus Zebeth fignificare remodora- Algalia. tam, sicut Galia et Algalia, cum dicat hic Serapio Zebeth esse Algaliam unde extant compositiones non paucae Galiae nomine, ut Gallia mofchata, Gallia Alephangina, Gallia Sebellina, etc. erit ergo Gallia, et Algalia odoramentum, unde Zebeth nostrum summe odoratum avorum nostrorum aetate tale sumsisse nomen cenfendum. Ita Simon lanuenfis Zebeth esse Avicennae Galiam, seu Algaliam, et animalis Arabici sudorem, de quo videtur fuisfe locutus Avicenna lib. 2. C. 326. Avicenfumsit, sed Avicenna Zebeth, et nac Ze-Algalia diversa res erit, a Zebeth beth et Galia Serapionis, quae herbae fuccusest, et a Zebeth videtur primo animali ipsi nomen Zivettae seu Zebettae fuisse impositum, a quo corrupto Sivettae, et Ci-

Quod si Pandectario fides aliqua est

Cura

malia odor

Panth

Venat

Zebet quid.

praestanda, quum Zebet albahar re, hocanimal inter seles silvestres forte spumam significabit, et non ineptenostro Zibetho aptabitur metaphora, fiquidem, quum colligitur irato animali, quali fpumans adparet. Qui Catum, vel Mustelam dixe-

spumam maris interpretetur, Zebet repositisse reor. Verum etiamsi capitis sit aliqua similitudo, in caeteris tamen plurimum discrepant. Nos Hyaenam odoratam nuncupare ma. luimus, idque in sequentibus probabile oftendemus.

CAPUT II.

An Civetta sit Pardalis Antiquorum?

Curanimalia inodora.

uacrit Aristot. sect. 13. probl. 4. Cur animantium nullum bene oleat, praeter pardalim, seu pantheram, haec namque propter suavem, quem spirat odorem, ad se feras illicit, quod pluribus exposuit Theophrastus ipsius discipulus libro 6. de cau. plant. cap. 5. hisce verbis: Omnino inter bruta, vel nullum, vel certe rarum admodumest, quod odorem persequitur gratia suavitatis, nisi per accidens, cum alimentum est tale. Quippe adpetitus ad ipsumpabulum, eiusque caufa est. Si quid tamen etiam istiusmodi est, baudquaquam bominibus constat. Nam, et pardalim caeteris animalibus suaviter olere quidam affirmant, et venari in senecta nimirum bestias alliciendo gratia sui odoris. At nobis nullam odoris affert suavitatem. Nisi verum etiam illud dixeris, ut certe est verum, olfactum homines habere omnium ferme deterrimum. Itaque multi odores, suavitatesque eorum, vel gravitates, latere Pantherae hominem possunt, et cap. 26. Animal odoratae. nullum, inquit, penitus odoratum eft, nisi quis pardalim dixerit belluis bene olere, retulit id etiam Plinius lib. 8. cap. 16. ferunt scribens, odore earum mire solicitari quadrupedes cunitas, sed capitistor vitate terreri. Quamobrem occultato eo, reliquas dulcedine in vitatas corripiunt. Dixeratenim Aristot. lib. 9. de Hist. An. cap. 7. Pantheram sefe abscondentem venari dicunt, propterea, quod fuo odore belluas delectari intelligat, propius enim ita accedunt, quas corripiat, buiuscemodi autem suavem odorem, non belluae tantum sentiunt, sed sui odoris vimipsa quoque pardalis sentit. Scriptum etiam reliquit Aelianus lib. 5.

de Hist. Anim. cap. 40. Admir abilem Pantherae quandam, et nobis occultam odoris

fuavitatem olet pardalis, quam bene olendi praestantiam divino munere donatam, cum sibi propriamplanete-net, tum vero caetera animalia banc eius vim praeclare fentiunt. Haec autem boc modo venationem capit. Quum horum, quae ad victum opus Junt, eget, sefe vel in loca fructibus densis consita, vel foliis vestita ita occultat, ut inwentu dissicilis, tan-tum respiret. Tum binnuli, dorcades, caprae silvestres, atque alia e-iusmodi animalia quaedam suavis odoris illecebra attrabuntur, et proxime accedunt, illarum, quam mox de latebra exiliens ad praedam se rumpit, atque eam comprebendit. Eft igitur Pardalis odorata. Addit Plinius; Panthera, et Tigris macularum varietate prope folae bestiarum spectantur, caeterisunus, ac suus cuiusque generis. Pantberis in candido macularumoculi. Haecautem duo, odor, nimirum, et maculae, Petrum Gil-Error. P. lium, et alios, ut refert Gefnerus, Gilli, induxerunt, ut crederent, nostram Civettam esse pardalim antiquorum, Quae opinio facile refellitur. Antiquorum enim panthera vera omnibus hoc aevo est nota, et multum differta Civetta, immo Septalius in pro-Animablematibus, Ioan. Faber, et aliine-liumexgant pantheris suavem inesse odo-crementa rem, sed bruta alimenti specie odo- odorata, rem istum insequi, hominibus autem neutiquam gratum adparere. Sed, ut verum dicam, multoruma-nimalium excrementa hominibus suaviter odorata videntur, quae Ari-floteli, atque Theophrasto ignota fuerunt. Siquidem Plin. libro 28. de animali Cordylo Crocodilo fimili verba faciens, Alter inquit, illi similis, multum infra magnitudinem, in terra tantum, odoratissimisque floribus Ee 2

exquiruntur iucundo nidore fareta Crocodileam vocant, nimirum ipfius excrementum. Murium autem filvestrium, qui flavo colore, et nostrorum puerorum deliciae, nuncupati Sorci moscaroli, stercus odore moschi praeditum est, tale etiam serpentium quorundam sentitur. Et Renodeus de mat. med. lib. 3. c. 15. Est quoddam genus mustelae maioris, quae, quod martia sit, et pugnax, gallinas enim etiam grandiores enecat , quibusdam Martes , aliis Martorella, vulgo Fovina dicitur, cuius excrementa moschum redolent, ut faepe observavi. Addit Scaliger Exer. 211. part. 2. cercopithecum nihilo insuavius, quam quodvis moschum fragrare, mediocriter tamen et fine fattidio. Moschum etiam Gazellae excrementum esse, notismum est. Addam ego me observalfe parva quaedam infecta vaginipennia ame picta libro de Insectis, quae contrectata fuavissimum spirabantodorem, qualis in floribus Dipcadi, seu Muschi Graeci dicti percipitur. Igitur praeter pantheram, multa etiam animalium funt genera valde odorata, et hominibus grata, inter quae est Zibeth, quare mitto tamquam inutilem quaestionem illam inter Cardanum, et Scaligerum de o-

wiwit, ob id intestina eius diligenter dore animalium, et de naturae conaexquiruntur iucundo nidore farcta tu in eius generatione.

Quidam arbitrati sunt, animal Zi-Chaum. betti, ut resert Dalecampius, esse Plinii Chaum, de quo talia protulit. lib. 8. cap. 19. Pompeii Magni primum ludi ostenderunt Chaum, quem Galli Raphium vocabant, essigie lupi, pardorum maculis. Namque hae notae adsint in Civetta. Verum nulla odoris sit mentio, nomen autem, quod habet Gallicum, fortasse a Gallia patria desiumst. Nec caput lupi est in Civetta, quamvis adsint magnitudo pilorumque asperitas, et color, maculae pellis ipsum praeterea distinguunt. Annotavit vero Dalecampius, fortasse Thoes. Thoes. Thoese Chao esse reponendum, vulgo Lupum Cervarium, et qui Genettam nostram esse putant, verissimiliora loqui videntur. Sed de Thoe extant Philes versus Graeci, qui ita latine so-

Geni

Hyae

Arifte gener Hyae

Linea

At quae pudoris eruditus dogmata, Hominem veretur Thoe, hominem si viderit?

Quae iura foederationis mutuae Colens opem fert impiger nobis fuam, Hostilis in nos irruat si bellua?

Herodotus lib. 4. Thoes ex hyaena, et lupo genitos ese, testatum reliquit.

CAPUT III.

An sit Antiquorum Hyaena?

vettam veteribus probe fuisse cognitam, et Hyaenam ab ipsis fuisse nuncupatam, eorundem au-ctoritate demonstrare conatur Petrus Bellonius suar. observ. lib. 2. c. 20. quamvis odoratum reddere excrementum non observaverint. Ratio autem est, quia Civetta ferum est animal, quale etiam Hyaena describitur, nec tradita figura differt, si quidem Hyaena ex Aristotele colore lupi propéest, sed hirsutior, et iu-ba per totum dorsum praedita est. Civetta etiam magnitudinem, et colorem lupi habet, similique modo hirfuta est, verum corpus maculis est aspersum nigris, ita, utiub oculis binae fint nigrae maculae, pedes nigro

pilo obsiti, crura maculata, cauda oblonga, fuperius nigra, infima vero parte albis maculis afperfa. Praeterea Civetta in cervice, et per dorsi spinam pilos habet nigros, quos surrigit, cumindignatur, non minus, quam sus, inde factum, ut Glanis pifcis etiam Hyaena nuncupatus fit, et Hyaena talis forte erit iuba illi ab Aristotele piscis. tributa, accedit, quod omnes antiqui maxime ferum animal dixerint Hyaenam, adeo, ut pantherae mirum in modum eas timeant, etenim scriptum fuit a Plinio lib. 28. cap. 8. Praecipue pantheris terrori effetraduntur, ut ne conentur quidem resistere, et aliquid de corio earum babentem non appeti. Mirumque dictu,

Infecta

si pelles utriusque contrariae suspendantur, decidere pilos pantherae. Hyaenam pardali inimicam esse, Aelianus etiam lib. 6. c. 22. retulit. At Civettam Cardanus X. de subt. feram adeo iudicavit, ut, quod nulla temporis longitudine mitescat.

Potissima autem ratio desumitur ex eo, quod antiqui Hyaenam genitale simul et maris et foeminae habere scripserunt, unde Ovid.

Genitale

Hyaenac.

et quae sit foemina tergo Passa marem, nunc esse marem miretur Hyaenam,

Et Plinius libro 8. cit. Hyaenis utramque effe naturam ait, et alternis annis mares, alternis foeminas fieri, parere sine mare vulgus credit, quod, quamvis re vera falfum fit, negetque constanter Aristoteles, tamen negligenter aspicienti vas quoddam ori vulvae fimile, foemininus videtur fexus, quae apparentia forfan impoluit antiquis, ut crederent utroque sexu donatam fuisse Hyaenam. Aristot. 3. de Gener. Anim. cap. 6. veluit stulte, magnoque errore narrari a multis Hyaenam duplex genitale habere, maris et foe-minae, et 6. de Hist. Anim. c. 32. Ariffet. de commentitium id esse asserit. Hyaenae virile similiter, atque in lupis, et canibus haberi, quod vero foemineum esse videtur δποκάτω sub

cauda positum est, sigura simile geni-tali foeminae, sed sine ullo meatu, sub hoc meatus excrementorum est. Quin etiam foemina Hyaena praeter suum illud, etiam simile, ut mas habet, sub cauda sine ullo meatu, a quo excrementorum meatus est, atque sub eo genitale verum continetur. Vulvam etiam Hyaena soemina, ut caeterae buiuscemodi foeminae animantes babent, et lib. de gen. cita-Linea pro to scripsit Hyaenas tam mares, quam Genicali. foeminas habere sub cauda lineam quandam fimilem genitali foeminino, quae quidem nota, quamvis communis sit, tamen in maribus potius cernitur, quia mares, quam foeminae frequentius capiuntur,

quae, qui negligentius considerat re-

fert Aristoteles, in distam aberrat

Nobis diligentissime consideran- Notae ab tibus Civettae genitalia membra, ap- Ariffot.afparuit in ipsis ad amussim, quodcum. fignatae, que Hyaenae tribuit Aristoteles, siquidem haec primo aspectu, et negligenter consideranti duplex videtur habere genitale, at diligen Hyaenae ter speculanti nullo modo duplex conveniapparebit, sed unicum tantum, et unt no-maris tantummodo in mare, quale fuit in cadavere a nobis secto, virile autem perinde, ut lupi, et canes habet, nimirum offeum, in hoc tamen differt a canibus, lupis, et vulpibus, quod horum genitale totum in medio fit offeum, glans vero carnofa folum fine offe, contra Civettae officulum est in so-Genitale la glande admodum breve, reliqua offeum. pars genitalis nervofa offe carens. Vidimus etiam cuniculum Indicum dictum Romae porcelletto d' India in genitali continere officulum in summo tenue, in basi quadratum,

Quod vero foemineum esse videtur, infra çaudam et genitale pofitum est, immo inter virile et testes, figura simile vulvae foeminae, et in mare labiis est crassioribus, quam in foemella, verum fine ullo Linea Gemeatu est, sed duae tantummodo niralium. cavitates inspiciuntur, in quibus colligitur excrementum dictum Zibeth, vocavit autem Aristoteles hanc particulam in libro de Gener. Anim. citato, lineam similem genitali foeminino, Graece opolar ypapiμην τῷ τοῦ θήλεος ἀιδοίω, nam negligenter aspicienti soeminea apertura, quasi linea videtur, sed meatus non habet penetrantes. In foemina porro civetta eaedem partes eo- Opinio dem funt dispositae modo, et ubi Bellonik in mare est virile, in foemina vulva est, solummodo vascula zibetti in foemina minora funt, et testes interius latent. Cum igitur tanta adpareat Hyaenae, et civettae genitalium partium similitudo, asserendum omnino videtur cum Bellonio, idem esse animal, quamvis Zibeth excrementum non confideraverint antiqui.

Ee 3

fed depressum.

opinionem.

fignarae.

Ex altera parte Scaliger de fubt. TP Morae ab exer. 117. part. 7. irridet Hyaenam existimantes Catum Zibeticum, quam quoque opinionem refellunt etiam Gefnerus; Augerius Busbe-Hyaenam quius Ep. 1. de legatione sua Tur-Catum Zi- cica, Clusius in addit. ad Bellonium, et Io. Faber Bambergensis in Romano Lyceo meus olim Collega, plura namque funt ab Aristotele, Plinio, Solino, atque Aeliano de Hyaena relata, quae Civettae no-

strae aptari minime queunt. A Colli in- Primo quidem collum, et iubam continuitate spinae porrigi, flectique nisi circumachu totius corporis non posse, de Hyaena retulerunt, quod in Civetta nostra falsum vidimus, et ex ossium forma in nostro Scheleto quilibet confiderare valet,

collum facile verti posse.

Praeterea Solinus asseruit in ore gingivam nullam, sed dentem unum habere atque perpetuum, qui ut nunquam retundatur, naturaliter capfularum modo clauditur, in nostro autem Scheleto dentes plures.

Asermone Demum scriptis mandarunt Hyachumano. nam sermonem hominum assimilare, pastorum nomina addiscere, ut eos dolo capiat. Item vomitionem hominis imitari ad follicitandos canes, quos invadat. Nec ullum ex his adhuc observatum est in Civetta, etiam maxime cicurata. Sed haec facile refelleret Bellonius. que ficut lupo, et leoni falso tribuit Aristoteles huiuscemodi rigorem colli, ita falso potuit eundem tribuisse Hyaenae. Deinde Solinus non loquitur de Hyaena; sed de Crocuta, quae genita fuit ex Hyaena, et leaena. Quae demum afferuntur, funt potius admiranda, quam credenda, tum quia, qui ea retulit Plinius pro re mirabili proposuit. Aelianus vero lib. 7. c. 22. Crocutae ista tribuit, dubitatque an sit fabulosum, quod consirmari videtur, quia Aristoteles tamquam falsa ea reticuit, nec Busbequius meminit in sua Hyaena.

Addit Scaliger contra Cardanum mansueta. Ever. 211. part. 2. tantum abesse,

eorum unam humeris fuis gestaret Nicolinus ab Ancifa Marchionis Mantuae spurius, immo Bellonius fatetur, quendam Alexandriae, qui tunc Florentinorum Confulem agebat, Civettam habuisse adeo cicurem, ut cum hominibus colludens illis nasum, aures, et labra sine noxa morsu prehenderet. At levia quidem haec funt, natura enim ferum est animal, et foeminam quidem cicuratam scimus, non autem

A Ge

lium i

Scalig

contra

Explic

die.

Maiorem vim facit luba, quam A luba. ex Arist. 8. de Hist. Anim. c. 5. Hyaena habet, quemadmodum equus, sed seta duriore, longioreque, et per totum dorsum porrecta his verbis: χαίτην δε έχαι ώσπες ίππος, καὶ ἐτιοκληροτέρας καὶ Βαρυτέρας τὰς τρί-χας, καὶ ὁι ὁλης τῆς ράχεως: et libro 6. c. 31. Iubaper totum dorsum praedita et, scriptum reliquerat, et quamvis Civetta irata in dorso pilos erigat apri modo, non tamen lon-

gior est equina iuba.

Sed respondere probabiliter admodum Bellonius posset: Nequaquam esse intelligendum Hyaenum habere iubam longiorem equina iuba, sed caeteris sui corporis pilis, quia equi multi iubam habent ultra tres palmos longam, quod si talem, et longiorem, ac duriorem, nec non per totum dorsum porrectam haberet Hyaena, quum fit animal omnium confensu lupi magnitudine, et proinde duobus palmis non altius, procul dubio huiusmodi iuba longa per terram traheretur, quare rationi consentaneum est dicere Aristotelem voluisse, iubam Hyaenae per totum dorsum esse porrectam, non in collo tantum, atque constare ex seta duriore, et longiore, quam sint reliqui pili, ut videmus in suibus, et in nostro Ci-

At dices, fi hoc est, cur Aristoteles Hyaenae iubam non assimilavit potius Aprinae iubae, quam equinae, quae in folo est collo? Respondetur: Aristotelem fortasse descripsisse formam Hyaenae ex aliut Civettae sint implacabiles, ut quo Indo auctore, qui equum iuba-

Ab uno dente.

flexione.

Crocuta quidfit?

tum in collo vidit, non autem bere meatus duo, et cavitates, in aprum, vel suem, haud enim con quibus colligitur Zibethum, vestat, an in India nascantur sues nostris similes, unde Aristoteles non commutavit inditam iubae similitu-

A Genita-

die.

Genitalium praeterea situm dilium situ. versum esse Hyaenae, et Civettae, ex Aristotelis verbis colligunt Scaliger in libro 15. Metamorph. Ovidii, et Io. Faber hoc loco. Namque Aristoteles videtur collocare, tam in mare Hyaena, quam in foemina imperviam vulvam statim sub cauda, fub hac excrementorum exitum, fub quo genitale, exquibus colligit Scaliger, tum a situ, tum quia impervius est meatus, non esse uterum, absurdum enim esset censere matricem supra rectum intestinum sub dorso esse. Nam ex Aristotele meatus excrementorum inter illam rimam, et veretrum est. Faber scallgeri autem invenit etiam Scaligerum contradifibimet ipsi contradicentem Exerc. 217. contra Card. par. 7. Aristotelem inquiens, eam rimam, quae sub excrementorum exitu est, imper viam introrsum esse dixisse, et dicere debuisset, ait Faber, quae supra excrementorum exitum eft, si Aristotelis mentem declarare, nec sibi ipsi contradicere voluisset. At veritas ipsa coegit Scaligerum recte loqui, eo enim modo intellecta Aristotelis verba rem impossibilem fingere videntur, omnia enim anima-lia caudata meatum excrementorum immediate sub cauda habent; Explicatio unde, vel deceptus fuit Aristoteles falsa relatione, vel error est in textu, et intelligendus, quod dicat, fub cauda quidem esse pseudovulvam, sed non immediate, aut sub cauda meatum excrementorum, ex altera vero Genitale verum, ipsum vero in medio, et haec funt consona rationi, et positui, quem a natura observatum in Civetta videmus, illam autem situationem in nullo animali, nec etiam monstruoso adhuc vidimus. Sed subtilius hi disputassent, si dixissent, Hyaenam habere lineam tantum fine ullo penitus meatu, sed Civettam ha- leo dictus minime altutam praedi-

rum non ita stricte accipienda sunt Aristotelis verba, sed ut rationi, et experimentis congruunt. Porro Busbequius, qui legitimam antiquo Busbequii rum Hyaenam se vidisse refert, li-negligen neae dictae situm et formam si dilucidasset, suas egisset partes, interim dicemus Hyaenam nonposse habere suum pseudouterum, nisi ea positione, qua spectatur in Civetta, quae magnitudine sua ferme naturali talis est in resupinato animali.

Sed omnium maxime hanc refel-Figura L lit Bellonii opinionem ipse Busbe. Descriptio quius, dum narret, se Hyaenas duas Busbe-Constantinopoli vidisse, cui sidem quio. praestamus, describit autem lupo aliquanto humiliorem, sed nihilo brevioremesse. Pellem habere lu-pi similem, nisi, quod pilo sit horridiore, et grandiore, maculis quo-que nigris distinguatur. Atque caput, quod maximum est, dorsi spinae contiguum sine ullis vertebris esse, ut cum respicere velit totam vertere necesse habeat, plurimas esse in Galatia Hyaenas, et frequentissime sepulcra suffodere, et ossa congregare ad fuas speluncas, tam humanorum, quam ferinorum ca-daverum, et ob id Hyaenas facile inveniri, nimirum ex offium cumulo, ante harum speluncas conspe-Eto. Praeterea Ioannes Leo in no. Ioan. Leo. va Africae descriptione esse, ait, forma lupi, habere pedes humanis fimiles, humanis maxime cadaveribus delectari, quae ex sepulturis auferat. Animal esse minime astutum, et cum cantu, ac tympani

sono maxime recreetur, fieri, ut

interea venatores adeo ad musicam

attento, fune pedes ambos inno-

ra Hyaena, quum nec iubae, nec genitalium partium, nec morumab

antiquis Hyaenae tributorum fiat mentio, sed diversorum, immo cum

veteres maxime malignam, et cal-

lidam descripserint Hyaenam, et

dent, atque ita e speluncis suis extrahant occidantque. Sed adhuc Dubitatio. dubitare licet, numne haec fit ve-

cet, dubitatio augetur, quia nec constat de nostra Hyaena, quod refert Plin. lib. 8. c. 30. Hyaenae plurimae gignuntur in Africa, quae et asinorum silvestrium multitudinem fundit. Mares in eo genere singuli foeminarum gregibus imperitant. Timent libidinis aemulos, et ideo grawidas custodiunt, morsuque natos mares casirant. Contra gravidae latebras petunt, et parere furto cupiunt, gaudentque copia libidinis. Tamen cum dicatur Hyaena libidinosa, et mas, et soemina, non differet a nostra, quae ob Zibethum, non folum ad coitum prona est, sed alios homines utriusque fexus, ob id ipfum inunctum inci-

Huc etiam referendi erunt Philes Graeci verfus de animalium proprietate quibus quaedam animalium proprietates adnotantur, non convenientes Cato Zibethico, ut cap. 43. de Hyaena, et terrestri, et marina: qui ita latine funt redditi.

Hyaena, quae mas pridie videnda erat.

Nunc foemina ed, initque initurque in vicem,

Maternus utque fiat avus baud dixeris.

Alvo ferens, serensque' foetum

Si forte quenquam dormientem offenderit,

Pede strepitum non excitante subwolat,

Suamque porrigens dolose dexteram,

Somno iacentis, admovet eamnaribus,

Soporis authorem, quod aiunt, maxime.

Hinc eruto, quod subtus ett caput, solo,

Deponit boc, nudo, et supino gut-

Inque illud incumbens feris complexibus,

Somnos trabentem strangulat mi Hyaena ferrime.

Quod si marinae quispiam byaenae pinnulla.

Dextra sopore tangat oppressum, gravem

Statim rigorem buic iniicit cum fomniis,

Quae terreant dira iacentem ima-

Astutia canes byaena irretiens, Mox pascit borum carnibus ieiu-

Fulgente namque Cynthia sub vesperam.

Vmbra sui illos corporis ferit, re-

Lumen tenens vestigiorum callide. Mutosque reddens percitos formidine,

Instar venesicae increpantis carmine, Occidit incautos doli crudeliter.

Idem refert Aelian. lib. 6. c. 14. Multa quidem de Hyaena relata videntur potius fabulofa. Sic etiam Aelianus lib. 15. de anim. cap. 14. referre videtur Hyaenam esse cornibus praeditam, cum ait: De-nique Hyaenae, quod animal capreis minus effe aiunt, sed cervis animo-sius multo, et cornibus serociens, de quo Aeliani loco dubitavit etiam P. Gillius, dum in sua translatione omisit, et Gesnerus adnotavit, esse alestiques abfurdum, cum lupi cognata quadrupes sit, nihil cum capreis, aut cervis commune habens. Sed quicquid sit de hac bellua, certum fatemur, multas Hyaenae notas adesse in Civetta, non paucas

desiderari.

CAPUT IV.

Sub quo Animalium genere sit reponenda

Outefie tum.

uum clare ex dictis pateat, no-quorum Pantheram, neque Plinii ftram Civettam, neque anti- Chaum, neque veram Hyaenam

An fu nere Hum.

Gelne ter.Lt

Genus nerale

Hyaen rum di Hum.

effe, jure adhuc quaeritur, ad quod An sub ge- animalium genus sit referenda. Mulnere Fe- tis quidem de genere felium visa est, unde catum adpellarunt, sic Alexander Benedictus, Ruellius, Matthiolus, Scaliger et alii non pauci feli filvestri similem faciunt. Et quidem facies videtur feli similis, pilos enim in barba, ut felis habet, eodemque modo tres alios oblongos in genis, sed praeter haec nihil aliud commune cum cato habet, non pellem, quae in fele levis, in Civetta aspera et oblongis crassisque pilis, neque ungues, quae feli suntaduncae, Civettae obtusae, dissimilia etiam genitalia, immo Fab. Columna Io. Fabro scribens: Gefner.in- Effigies, ait, ad canum, quam felium, tor.Lupos. aut potius vulpium figuram accedit, guod rostrum non barumritu obtusum, sed illorum forma oblongum habeat. Renodeus: Animal ferum est, dentibus ferox, feli non tam simile, ut Maius enim est, multi scribunt. faepe vulpem excedens, caput, collum, pedes atque alias partes habens illi valde dissimiles. Os ei oblongum est, ut meli, seu taxo animali, corpus longum, maxillae infe-

Genus ge- Foundam cato affirmilatur. Equidem ad Hyaenas refero et has ad genus generale illud, quod continet lupos, canes, et vulpes, et similia animalia carnivora. Genus autem Hyaenarum multiplex, cum etiam dicat Herodotus lib. 4.

rius albae, ut etiam barbitium, pe-

desnigri, laterales ventris partes al-

bicantes, dorfum ex obscuro cine-

reum, maculis nigris conspersum.

Praeterea dentibus cani potius,

ex Hyaena et lupo gigni Thoes, unde si coniunguntur lupis, aliqua inter ipsos est affinitas naturae.

Dico autem, Hyaena vel est odorata, vel inodora. Atque Hyaena odorata vel est Orientalis, et Arabica, vel Occidentalis, et Americana. Hyaena inodora eratantiquorum Hyaena, quae fortasse duplex est, nam, ut mox dixi, Hyaena Busbequeii desiderat non paucas antiquae notas et ad lupum filvestrem Arabicum referri poslet.

Hyaena autem odorata et Zibethum ferens duplex est, Arabica et Americana, ambo conveniunt in generatione Zibethi, sed forma aliquantulum differunt, ni pictor nos fefellerit in Americana. Namque Zibethicum animal Americanum, quod pictum oftendit Nardus Antonius Recchius, hanchabet formam.

Describens ipsum Faber, caput, Figura H. inquit, non craffum, sed tenue et acutum habere, ut rostrum caninum

potius, quamfelinum esse iudicares, quod cum labris fuis fubrubet. Orbitae circa oculos, qui minus truces funt, nec magni admodum albicant. Caeterum subcineritii coloris est caput et pili in barba vix ulli. Collum

quoque longius, quam in tigre, aut catopardo, quod pulcro quodam ordine alternis nigriusculis et albicantibus fasciolis, velut totidem torquibus arte adpictis exornatur. A Hyaenakcapite ad dorfum per colli longitu- mericana.

dinem fupernam fimilium colorum lineae excurrunt. Dorsi medium a collo ad caudam linea nigricans pilosa valde distinguit. Maculis in corpore cinereo minus obscuro nigricantibus, rotundis et ovalibus ordinatim fecundum lineam rectam, versus caudam productis, insigniter decoratur. Ita, ut superiores, dorso

quippe viciniores, fint maiores, mediocres paullo inferiores et quae in immo funt ventre fenfim evanefcant. Caudamgeritalternis fimiliter, ut in collo dictum, fasciolis nigrescentibus ac cineritiis distinctam ac fatis longam, fub cauda tria foramina eminenter visui se praebent, a-

nus scilicet, loculus ille, in quo Zibethum colligitur et extrahitur ac, vulva, medium tamen caeteris duobus maius adparet.

Hyaena autem odorata Africana, Fig. III. quae nostra Civetta est, lupum potius aemulatur, quam felem, capite HyaenaA-enim est oblongo et rostrum acuminatum, non obtusum, ut feles, habet, item dentium formam, ut canum, duorum palmorum altitudine - la vanid

erat a me sectum animal, tantundem erat corpus a scapulis ad caudam,

nerale.

Hyaena-

rum divi-

caudae vero longitudo, quanta to-

226

tius corporis, collum etiam longitudine superabat semipalmam, corpus fine collo dupla longitudine altitudinem superare visum est Columnae, sed vidit animal timide et depresse gradiens, ego vero etiam Scheletum sum dimensus, capitis longitudo du-pla erat ad latitudinem. In barba et genis pilos habebat duros, albos et longos felium ritu, rostrum pilis denudatum, nares nigricantes et sub oculis maculae nigrae, oculi splendentes et subrubentes Bellonio: Columna autem apud Fabrum nigriores vidit ex colore castaneo et slavescente mixto nec hilares, sed potius tristes et depresfos magis, quam eminentes. Verum ex oculis ex ambobus oculis nostri Animalis Hyaenae. mortui erui gemmas pisi siccati forma, et magnitudine orbiculares, et angulosas, cristallo aemulas, quas etiam nunc servo, quod facit, ut consirmem illi hyaenae nomen. Nam scripsit Plinius lib. 37. cap. 10. et similiter Albertus de lapidibus ex Enace et Aarone: Gemmae Hyaenae ex oculis Hyaenae et ob id vase inveniri dicunt et, si credimus, linguae hominis subditae futura praedicere. Sed haud dico veras esse gemmas, nam etiamfi erutae hae gemmae per duos vel tres dies manferint cristallinae, durae nimirum et Diaphanae, processu tamen temporis opacae fiunt et scinduntur in tres aut quatuor veluti squammas lapidibus limacum fimiles. Certe Alexander 1. probl. 6. propofuit: Cur feles, byaenae et vespertilionesacute noctu conspiciunt? Praeterea Civettae aures funt parvae, orbiculares ad melis, feu taxi for-mam, inipfisfimilis pilus, nec mollis, nec asper. Corpus habetalbicans et cinereum lupi colore, maculis aspersum nigris, crura et pedes potius parva, quam magna, brevia, quam alta et pilo nigro obsita. Pedum digiti, quatuor simul et insuper

parvus pollexinterne situs, nec longe

tusae, minimum aduncae. Circa geni-

Situs vefi- distinctus, ut in fele. Ungues sunt caculae Zi- ninae, nigrae, breves, crassae et ob-

talia dicemus, fub cauda immediate esse excrementorum meatum, proxime collocari testes in maribus, tum vas Zibethicum et sub hoc sexum masculinum, vel foemininum. At in refupinato animali pinximus primo virile membrum foris exertum, licet in animali vivo sit intus reconditum, quod in media glande officulum habet, sub hoc situata est pseudovulva, sub hac testes, infra quos excrementorum exitus est immediate ad caudam, ut supra pag. 21.

Ex Sy

An in

ruania

In Inc

Pars

rens hum

Pinximus autem ea omnia fua ferme naturali magnitudine ad unguem dimensa. Vas autem Zibethi positum est inter genitale et testes, quos satis magnos ac evidentes habet, iftos secui et inodoros reperi et ab his vasa seminaria admodum crassa ferebantur ad genitalis radicem, ad latera pseudouteri, sub quo vesica parva erat. Natura autem huius particulae paullo post considerabitur. Genitale totum occultatur in corpore felium modo, dum vivum animal quiescit, Genitale, adparetque fola glans, at in cadavere ob relaxationem, utipictum est, totum membrum foris extabat, ut a nobis tractum remanserat, nec intus iterum reductum quiescebat. Totius praeterea corporis pili funt longi, rudes, et asperi apri modo, et in cervice, ac per dorsi spinam pili adfunt nigri, praelongi, ac duriores, quos erigitiratum animal, uti sus. Cauda est oblonga et bene pilosa usque ad terram pertingens, variis distincta maculis. Iconeshuius animalis pofitae a Matthiolo, Bellonio, Clufio et Columnainter se differunt, magis placet, quae est in Matthiolo a Valgrisis impresso.

His positis concludemus iure Hyaenae haec tria animalia a nobis reducta nomenuesse ad Hyaenae nomen, nimirum ob niversale. proprietatem infignem, quam haec tria animalia habent nullis aliis animalibus communem, nimirum falfae vulvae formam, ob quam Hyaenautrumque habere sexum ab aliqui. rumprobus credita funt, quae proprie-prietas. tas, ut ab aliis animalibus haec distinguit, ita eadem inter sese unit generica unitate. Communicant

Aures.

Gemmae

tria animalia continentis nos latet, ab antiquiori specie nomenclaturam

igitur simul Hyaena nostra et an- mutuari libuit. Fortasse sub eodem tiquorum Hyaena pfeudovulva, innominato genere continetur Figenitali offeo et oculorum gemmis. ber, nam Caftoreum, vesicae sunt Verum, quia generis nomen haec in inguinibus humorem apertura stillantes melleum, non autem testes, ut dicemus.

## CAPUT V. Ubi Hyaenae nascantur?

Ex Syria. Hyaenas scripserunt Herodotus lib. 4. Plinius atque Solinus plurimas gigni in Africa. At nostra Hyaena odorata dicta a Francifco Alexandri Catus Syriacus vocitata fuit et Matthiolus Venetiis vidit ex Syria delatas. Cardanus veroscripsit Hispaniam ipsas mittere, quapropter notatur a Scaligero, clarius autem loquutus est Amatus scri-Anin Li. bens Lusitanos eas deferre ab Indiis, sed memoria non excidit mihi aliquot ab hinc annis a Lituano quo-dam pharmacopoeo Romam ad Henricum Convinum transmissum fuisse vasculum Zibethi et ungulam Alcis, qui etiam scripsit ista esse fructus suae regionis, unde suspicor etiam in illis frigidis regionibus

tuania.

In Indiis.

oriri Civettas. De Zibethico autem animali Americano scribens Io. Faber ex F. Gregorio de Bolivar; hoc animal, inquit, nascitur in multis Indiae orientalis atque occidentalis partibus, cuiusmodi in orientali funt provinciae Bengala, Ceilam, Sumatra, lava maior et minor, Malipur et plures aliae.

In nova Hispania vero funt pro- Nova Mavinciae de Quatemala, Campege, spania, Nicaragua, de vera Cruce, Florida et magna illa Infula S. Dominici aut Hispaniola, Cuba, Matalino, Guadalupa et aliae.

In Regno Peruano animal hoc ma- Perus gna copia reperitur. In Paraguay, Tucamam, Chiraguanas, Sancta Cruce de la Sierra, Yungas, Andes, Chia-chiapoias, Quizos, Timana, Novo Regno et in omnibus provinciis magno flumini Maragnone confinibus quae circa hoc ferme fine numero ad duo Leucarum millia funt extensae.

Multo adhuc plura eiusmodi anima lia nascuntur in Brasilia, ubi mercatu! ra Zibethi exercitatur.

Magna horum abundantia quoque Guines est in Guinea, in provinciis nimirum de Loango, Congo, Manicongo circa flumina Angolae usque ad Cafres et finem bonae spei, maxime autem in grandiffimis et extenfissimis montibus, qui ibi prostant, quos Fragosas Cuspides adpellare solent. Et ex parte quidem Cafres montium de Torea aut de Luna, ubi maxima

Algaliae quantitas extat.

## Land cont 311 CAPUT VI. bug andbasum De Vasculo Zibethico. 191 dans alle

Tibeth, quod abhoc animali generatur, nonex toto corpore, fed ex determinata particula colligitur, quomodo, qualis, quanta et ubi fit, nunc est a nobis investiganda.

Transfer autem errayit lo Riolanus or Reproductive de la nobis investiganda. Turpiter autem erravitlo. Riolanus suae Pathologiae cap. 11. scribens: la cacat Zibetbum.

At Ruellius primo de Nath. stirp. rens Zibe- capite 27. erui e genitalibus locis scrihum.

nius. At Renodeus circum teffes et pudenda concrescere scripsit. Damarum stercus bene olet et Gazel- Itaque hi videntur censuisse testes esse vasculum Zibethi, sed ridiculum est, quod Everhardus a Mepschen narravit Dessenio de Ci-

exectis testibus aperto vulnere sudorem defatigatae, et irritatae ferae colligi. Nam orificia, quae cernimus naturalia, ipse censuit arte sacta exe-Columna. Etis testibus. Columna autem Epist. 1. ad Fabrum, vocat testiculos, sive utriculos, qui medii interanum, et pudendum prominent, tam in mare, quam in foemina- In mare tamen duplo grandiores apparent. Hi utriculi interna sui parte, ubi pili curti baerent , capacem satis cavitatem obtinent, inquam ingressus patet exiguus, et cartilagineus, deinde subdit, sub dictis utriculis, folliculis, sive testiculis, nam alii testiculi haud a sparent, maris genitale situm est. Quae verba fecerunt, ut Faber dubitaret, quid fibi vellet Columna, ex folliculis illis, utriculis, five testiquoque extra prominentes didymos

habent? Alex. Be- Clarius profecto loquutus fuit A-nedictus lexander Benedictus de curatione morborum foeminae intra genitale, et alvum, mari intra genitale membrum, et testes colligi Zibethum, et Columna altera epistola ad Fabridubitationem respondens, denuo revisis, et exactius consideratis dictis animalibus: Testes, ait, ex lateri-bus folliculorum cum manibus eversi, tam magni eos attre anti manifestantur, quam ab iisdem folliculis contineri possunt, et subdidit: folliculis bis ad latus foraminum, qui instrumento bumorem exemturo ingressus datur, in externa parte testes adhaerent. In foemina testes illi perquisiti non inveniuntur, molliores enim sunt illi utriculi, seu solliculi, nec ut in mare grumositas illa, et durities oblonga testium percipitur. Praeterea sententia. Frater Gregorius de Bolivar apud eundem Fabrum, mares folos ait, foras eductos, et conspicuos testes, intus conclusos foeminas gestare. Decipi autem omnes assirmabat, qui prominentias illas in foemina ambas intra vulvam, et anum fitas, testiculos esse fibi persuaderent. Hos enim tumores, solos esse illos

vetta Alexandri Cardinalis Farnessi, loci fabricatos, in quibus Zibethum paulatim colligitur, et inde evacuatur. Et cum duo fint, im. ponere facile possent, etiam valde gnaris et Naturae studiorum non in expertis, ut testiculos esse ed credendum adducerentur. Et quoniam iidem utriculi in eadem regione, ubi maris testiculi haerent, positi videntur, illosque veluti investiunt, et cooperiunt, hinc fieri posset, ut crederent aliqui testes esse, haec, haec, si apud eruditos quidem, et oculatos auctores leguntur, quid spera! dum ab iis, qui animal non viderunt? Columna afferere videtur; testes in folliculis contineri, et adhaerere in externa parte folliculis ad latus foraminum, quod iure negat Bolivar.

Straat

Ronde

Sed nos ceteris omissis dicemus Nostra inculis Zibethum colligi, an foeminae in resupinato animali mortuo sub specific. ipsis utriculis testes esse, non tactu folum, fed oculis quoque manifestissimos, ut pictura ostendit, erecto animali non ita prominent, cum interius comprimantur, ita etiam in vivo, et bene valente animali semper testes sunt retracti, ut in homine iuvene, et valido accidere dixit Galenus libro I. de sem. capite 15. fecus in fene, nisi morbose fuerint convulsi ideo F. Co Dilucida. lumna in animali inquietissimo, fe-tio. rocissimo, erecto, et valido non potuit istos bene tangere, et considerare, adeo, ut ipsi visum fuerit, testes in folliculis ipsi contineri.
Sunt autem testes a Zibethi vasculis omnino distincti, et sua habent vasa ferentia semen ad meatum genitalis, valde crassa, ut nos anato-me docuit, et servamus adhuc apud nos huius animalis scrotum exsiccatum, in quo testes.

Membrum Zibethicum primo a- Vas Zibespectu foeminea vulva videtur, li-thi, neam enim oblongam habet, et labia crassa, quod si manibus tanga-tur, tactu sentitur ovi parvi magnitudine, veluti cartilaginosum cor-pus, et duriusculum in quo, cum parum digitis deducitur, et dilatatur, apparent duo oblonga foramifolliculos, et utriculos a natura eo na, iis, quae sunt in naribus simi-

Verior

lia, sub quibus cavitates quaedam insertos, duriore autem multum, sunt, sedes Zibethi, haec vascula, quam testes, erant substantia omfunt, sedes Zibethi, haec vascula, si digitis magis pressa deducantur, stractura. perfecte patent, quorum cavitas tanta est, quanta sufficeret ad continendum Amygdalae nucleum, in his loculis nullus porus, nullus mea-tus apparet, Sed fectione facta, corpus duriusculum ovi magnitudine, quod cartilaginosum tactu videbatur, agnovi distingui in duo tudine, et nequaquam cartilaginosos, sed carnosos, et minutis, albis, duris glandulis, seu granulis

nino tamen inter se distinguebantur apertis omnino foraminibus totas hi folliculi, membranis tamen unicavitates demonstrant, loculique ti, et interior quidem communis erat ambobus utriculis, fervo adhuc apud me hosce utriculos exsiccatos, qui mire redolent Zibethum, cum testes veri exsiccati cum scroto nihil oleant, fed quod mirum animal Hydrope exanimatum putrefactis omnibus visceribus, et maxime foetidis, vehemens ut naufea fecanutriculos olivae Hispanicae magni- ti excitaretur, et alioqui foetidum totum, tamen mire olebat, et nunc etiam optimum spirat odorem vas Zibethi.

### CAPUT VII. Castoreo.

odoratae plurimum conferat Fibri historia, ideo dicemus quod Fiber animal fit, cuius, et mas, et foemina reperitur, ambo in inguinibus conceptacula quaedam habent, e quibus, per sua oscula, melleus quidam liquor emanat, quem Fiber ipse delingere solet. Mares autem habent praeterea suos testes sub cute intus, ita conclusos, ut tangi nequeant, veluti sues teste Dioscoride. Rondeletius similes tumores in leporibus esse dixit, unde factum fit, ut vulgus eos mares, et foeminas censuerit. Pariter Moscho animali similes esse censuit, vesiculae enim Moschi id indicant, Rondele- fed Rondeletii verba digna funt, quae huc transferantur, hic lib. de Amphibiis cap. 8. Fibri, inquit, in inquinibus geminos tumores babent, utrinque unicum membrana sua conclusum, ovi anserini magnitudine, inter hos est mentula in maribus, in foeminis pudendum. Hi tumoreste-stes non funt, sed folliculi membrana contexti in quorum medio singuli sunt meatus, e quibus exudat liquor pinguis, et cerosus, quem ipse Castor Jaepe admoto ore lambit, et ensugit, postea boc veluti oleo, quas potest corporis partes contingere, oblinit.

um autem ad dilucidandum ge. Hostumores testes non esse hinc maxinus, et proprietatem Hyaenae me colligas, quod ab bis nulla sit ad mentulam via, neque ductus, quo humor in mentulae meatum derivetur, et foras emittatur. Praeterea, quod testes intus reperiantur. Liquor ille, de quo loquimur, quum recens est, oleum refert, quum vetustior mellis liquidi colore eft, et crassitudine. Idemleporum exemplo declarare non inutile fuerit. Iis in utroque inguine tumor eft, glandulae prominentis modo, intus meatus est varicosus, capreolimodo intortus e quo liquor effluit. Hos tumores, cum in omnibus leporibus observaffet vulgus, lepores omnes simul mares, et foeminas effe credidit. Eosdem tumores Moscho animali esse puto, aquibus odor atum illud pus emanat. Neque funt audiend qui putant tuberculi, vel umbilici inflammati sa-mem esse. Tumorem esse glandulae, vel tetticulo fimilem membrana circircundatum norunt, qui adulterant. nam in testiculi formam essingunt, ac testiculum Moschi appellant Haec, quae de tumoribus inquinum Castoris, et liquore inde manante a nobis prodita funt, cum ita fe habere do. ceatipfa inspectio, et paullo ante dixerat Rondeletius. Teftes parvi, fubfiridique, et adhaerentes spinae, qui adimi sine vita animalis non possunt. Id prius scripferat Dioscorides, licet Ff 3

nimalia multa, ut Hyaenas, Zibethica, Castores, Moschisera, Lepores, etalia, quae inguinibus va-fcula ferant, in quibus liquores quosinter pisces sepia, loligo, purpura, excrementa odorata continent in

Quod autem de Moscho serunt, non videtur verum. Concedimus quidem animal esse exoticum et Indicum in regno Pegu ac potissimum in agro Tumbascorum admodum frequens, caprae non multum dislimile ac corpore praegrandi, Dorchadem Moschi, Gazellam Indicam et Capreolum Moschi nominatum, ex cuius inferiore maxilla, aeque den-

exeruntur.

bumque aversari omnem et humi arborum truncis turgentem partem quadam voluptate confricando difrumpere ac vomicam aperire, ex qua faniem quandam excerni, quae

censuerit, quod desertur, bivascu-lumesse testes, pariter Plinius lib. niem, etiam reserunt, super arbo-z2. cap. 3. ex Sextio Medico dili-rum truncis aut saxis relictam, cagentissimo, ex quo videtur colligi loresolis ac coeli bonitate coqui posse liquoris folliculos non esse et elaborati, sic virosum ipsius odotestes et quidem facile, quia te-rem, si quis est, dissipari et hancs stes non sunt liquoris forma in fol-esse optimum Moschum. Alioqui liculis. Dicendum ergo adesse a- capta fera venatores partem cum coriofimul abscindere, cruoremeffluentem exprimere, colligere, exficcare et servare cum utriculis aut pellibus corumdem animalium, quodam odoratos proprios deferant, ut rum saepe sanguinem exsiccatum, pauculae recrementi dicti portioni commixtum, pro puro Moscho ab institoribus seu adulteratoribus vendi, etc. Nos si haec attente consideraverimus eandem esse naturam Moschiferi animalis, ac Zibethici aperte cognoscemus, nonne ambobus sub umbilico vas excrementi collocatur? nonne ambo ad Venerem irritantur copia fui excrementi? nonne ambo, ut tale excrementum expurgent, se confricant lapidibus etstirpibus? nonne utrumque excretes utrinque singuli porcorum instar mentum eligitur potius ab animali expurgatum, quam ab homine ex-Atquum narrant, huic cum Vene- tractum? Quare utriusque fimilis est ris oestro percellitur, furoris vehe- natura et ideo si ex Aristorele a nomentia umbilici regionem intume- tioribus nobis ad minus nota procescere ibique congesto sanguine mul- dendum, ex nota natura Zibethi to et crasso fieri apostema atque veniemus in cognitionem Moschi tum ferum illud animal potum, ci- minus nobis noti et dicemus, ficut Zibeth est non ex apostemate, ita sefe provolvere atque lapidibus et neque Moschus, quare Moschiserum animal habebit etiam particulam determinatam naturaliter ad

> colligendum excrementum dictum Moschus.

CAPUT VIII. Quid sit Zibeth?

ligero, Zibettum et Zapetion ab Hermolao et Ruellio, a nonnullis Algalia, abaliis Civetta. Huius in animali ipfo, quae sit materia, non certo apud omnes constat.

An fit femen ?

Siquidem animalis femen vocavit Cardanus, unde a Scaligero reprehenditur, et iure, verum enim semen non esse, patet manifeste, quia,

Ex hoc animali colligitur odoraqui adhaerent, subsuntque testes, non eo suos seminales ductus evacunon eo suos seminales ductus evacuant, sed per penem, ut in canibus, quod sectione earum partium clariffime vidimus. Nec poslumus dicere, quatuor habere testes, duos proli generandae destinatos, alteros vero apertos ad superflui seminis excretionem, quia hi utriculi exficcati, quos servo, odorem Zibethi spirant, nullum autem testes, quo patet aliam

An fit

ereme tum ?

Anfi

dor 2

Diffind excren torum

materiam contineri in testibus, aliam prium substantiae glandulosae dictoin istis folliculis et verum semen neu-

An fit fudor ?

tiquamesse odorem Zibethi.
Plurimi censuerunt esse animalis sudorem, ut Scaliger, Matthiolus, Ianuensis, Renodeus, Io. Leo in desc. Africae, F. Gregorius de Bolivar, quibus subscripsit Faber, id affirmant, quia defatigato, irritato et sudante animali plurimum colligitur, immo etiam sub coxis, brachiis, collo et cauda ex F. Gregorio. Quibus ego assentiri nequeo, nam cum fudor per totum corpus emittatur, non in hominibus tantum, verum etiam in belluis, vidimus enim in equis sudantia dorsum, coxas, collum et caput, etiam si copiosior a dictis partibus sudor emergat, et ideo totum corpuseodem deberet esse praeditum odore. Cum vero soli utriculi et humor solus in ipsis collectus percipiantur odorata, non autem pellem, carnem, axillas et totum corpus, odorata fentiamus, neutiquam dicendus eritsudor, nisi forteamodo, quo colligitur in ipsisutriculis, hoc nomen fumere voluerimus, videtur enima corpore glanduloso et spongioso per invisibiles poros in cavitates folliculorum resudare, unde dicitur non simpliciter sudor, sed membri Zibethici sudor.

Alii generalius loquentes excrementum dixere, ita Ruellius vocavit fordem odoratissimam genitalium locorum. Dessenius excrementitium genitalium humorem dixit, Scaligero et Renodeo placuit etiam adpellarestrigmentum circa testes et pudenda concretum. Sed hinon descendunt ad particularem huius excrementi naturam, quare assumto omnium auctorum consensu, quod sit animalis excrementum, considerandum a nobis erit, quale sit excremen-

Diffinato

An fit ex-

cremen-

tum ?

Possumus distinguere excrementa, excremen- ut aliud sit utile excrementum, ut semen, lac, aliud inutile, ut pus, fudor, fordes, etc. Diximus non esse semen, neque sudorem, neque erit pus, quia nec ulcus adest, nec materia corrupta, velsimilis, ex qua pus gignatur. Ego censeo esse excrementum pro-

rum folliculorum, quae tale gignat insita et propria vi ac faculate, ut ventriculus chylum generat, hepar fanguinem, mammaelac, testes semen, aures suas sordes, sepia atramentum, vipera in dentibus venenum etsimilia, immo, et simile omnino Melleo excremento Castorei et Moschi, et similium animalium. Sed Dubitatio. vereor determinare, an sit excrementum utile ipsi parti, vel animali gignenti, utlac, et semen, vel omnino inutile, ut sordes aurium. Nam quum genitum excrementum grave videatur ipsi animali, ab eius enim acrimonia vellicatur et cogiturse ipsum eo exonerare, foemina autem, quae cicur facta est, videtur delectari, dum auriscalpio Zibethum extrahitur, ex quosuspicari, inutile et nocuum ipsi animanti esse excrementum possumus. Contra odoris fuavitas non indicat concoctionis carentiam, nec putredinem, uti accidit in excrementis praeter naturam, fed perfectam concoctionem et naturae dominium, unde superante natura, materia concocta a vi specifica membri dicenda erit naturalis, quamvis copiose excrescens partem propriam, veluti ad foetum edendum ad fui excretionem irritet, idem enim accidit abundante in fuis vasis semi-ne et lacte. Erit ergo excremenmentum tum utile, alioquin frustranatura tan-utile. tam vim dedisset illis utriculis, qua gignerent materiam adeo odoratam et suavem, ut multas alias superetodoratas res. Sed ad quem finem? Finis. femen infervit ad generationem animalium, lac adeorundem nutritionem, ad quid proderit hoc excrementum? equidem possem imaginari, vel ut irritentur animalia ipsa ad coitum, velut ad idem remedium fit homini, eius enim gratia animalia fuerunt creata, ad hoc Castoris mellaginem deftinamus, vel denique, ut iste odor ibagille inferviat animaliad venandum et ad fe allicienda alia animalia, ut de pan-therae odore diximus. Si quis meliora attulerit, laudabimus in-

caturiolnem furming ille Zibethi-

#### CAPUT IX.

### De collectione et electione Zibeth.

Collettie.

stantia Zibethi, animal ipsum inquietum est et semet exonerare fatagit, unde videtur dicendum, ab ipsius acri qualitate turgere, vexari et pungi, atque ad excretionem proritari, delectarique videntur cicurata animalia, dum folliculi ii auriscalpio exinaniuntur, scribit Faber ex F. Gregorio citato. In bisce montibus, quos animalia baec pererrant, omni adhibita diligentia Nigritae, five Mauri illi perquirunt veteres arborum, aridosque truncos et ubi aliquas maculas magnas, easque oleosas observaverint, eo se conferunt et globosam quandam materiam truncis iis dem adhaerescentem, nuculas, aut castaneas magnitudine aequanteminde auferunt, in aqua ebullire permittunt, id quod supernatat pingue et oleofum removent, mundioribus vasis infundunt usuique refervant. Atque baec eft omnium optima ac purissima Algalia. Repletis enimfolliculis, obacrimoniam, ut reor, vellicantur et coguntur animalia se depurare, ideo in silvis arborum truncis se confricant, uttalis materia arboribus adhaereat.

Ea autem animalia, quae in caveis magnis domi affervantur, vel cicurata funt, si abundayerit in corum utriculis fuccus iste quasi eo molestata, velociter per caveam ambulant, necloco stare queunt et si non extrahatur a nobis excrementum, animalipsum, caveae lateribus et domus parietibus se confricando, Zibethaseabstergit, quod ita perit. F. Columna apud Fabrum descripsit modum, quo famuli D. Bernardini de Corduba odoriferum hunc liquo-

remex masculo detrahere parabant. Exfamulis unus lorum, feu catenulam, colligendi qualigabatur, trabebat. Posteriores alius pedes tenebat: Tertius utriculos revolvebat, qui medii inter anum, ac pudendum prominent, tam in mare, quam in foemina, in borum cavitate scaturiginem suam liquor ille Zibethicus, consistentiae prorsus melleae su-

uum repleti fuerint utriculi fub- mit. Hic extrabitur immisso auriscalpii maioris simili instrumento, quod per cavitatem quaqua versum saepiuscule revolvitur. Hoc ubi in uno atque altero folliculo praestitisset, gossypio utriusque pilos, qui curti sunt abster-gebat. Ac ubi sexies forsan cochleari illo parvo utrumque utriculum emundaffet, tantum ferme Zibethi collegit, quantum avellanae nucis cortici implendo satis effet. Addebat idem D. de Corduba aestate liquidiorem, quam bieme fuccum colligi, ita, ut in calori-busillis, fingulis binis diebus femun-cia corraderetur, hiberno wero tem-pore, wix femel in feptimana fuccum illum, nec tantam eius quantitatem acquiri. Ex foemina postea minus Zibethi educebat, quae cicur facta nullatenus repugnabat.

Zibethi fübstantia videtur esse pin- Substanua guis et unctuosa, nam in aqua e-bulliens superiora petit et ab hete-rogeneis separatur, consistentia mellis, seu butyri est, liquidius aestate abstractum, vel recenter temporis processu incrassatur. Ego extraxia folliculis animalis demortui ultra drachmas duas, colore albido et mellis liquidioris confistentia. Sca-liger, et cum hoc Renodeus, dixit effe odoramentum pingue, crassum, Qualitates nigri saponis facie, sed vidit in superficie et antiquatum. Amatus vero, quum recens est, inquit, tetri, et horribilis est odoris, postea vero successu temporis gratum spirat odorem. Quadramius Zibetho contrarium accidere, Ambrae et Moschi haec enim quo recentiora, eo praestantiora, Zibethum autem vetustius, melius F. Donatus ab Eremita lib. I. Antidotarii cap. 10. optimum, ait esse leonino ac subpallido colore, pingue, moderate liquidum, tempore crassescens, papyro impositum et confricatum folubile fine corpore, quo distinguitur ab adulterato. Idem Frater Evangelista Quadramius lib. de Theriaca c. 11. scripsit: Masculi Zibethum albido est colore, soemellae vero leonino, post hebdomadam

Leg

mur

Pul

ab animali extractum, tempore pro-cedente obscurum adparet, cum ta-gitimumne, an adulteratum sit, ex men et ipsum initio album spectetur, sed citissime fulvescat, praestans sic evadat. Foeminei Zibethi uncia valet quantum masculi unciae quatuor. Ita admista uncia una foeminini, sex masculini unciisambo persiciuntur, cum masculinum solum absque foe-

minino parum valeat.

Adulteratur variis modis, admisto Adulteria. butyro, vel pulpa passularum maiorum, seu Zibibi et aliisrebus. Frater Évangelista Quadramius l. de Theriaca cap. 11. Zibethum adulteratur adipe rancido, vel butyro, velcaseo. Sed si huiusmodi parum impositum suerit cochleari argenteo fuper prunas, adulteratum reddet fuae mistionis odorem, vel casei, vel adipis, vel butyri rancidi, legitimum al cit acticulus apud

gitimumne, an adulteratum sit, ex F. Gregorio scribit Faber, cognosci, quia infusum in vas, in quo aqua bul-lit, statim, quod heterogeneum et Algaliae admixtum fuit, fundum petit, Zibethum autem sincerum aquae superficiei innatat. Nos dicimus admixtum cum butyro, vel alia repingui, non posseseparari dicto modo, fed percepimus etiam aliquando in ipso odorem butyri rancidi, butyrum enim veterascens corrumpitur et odore rancido femetipfum manifestat. Solet etiam optimum Zibethum acquirere colorem, veluti te-lam quandam fuligineam, fed in profundo albescit, quod vero adultera-tum fuit, eiusdem est coloris in pro-

fundo, ac in superficie, servatur in vitro, non alibi.

Legitimum.

thurnidacia. Tempera

ontra Carda, menum.

#### CAPUT X.

# De usu et facultatibus Zibethi.

Cautie,

Duplicis est usus Zibethum, vel odoris gratia, vel facultatum, odorem tantum respiciunt Myropo-

lae, Medici facultates.

Caute dicunt Myropolae adhibendum esse in compositionibus aromaticis Zibethum, nam suo valido odore alios superat, unde odorata unguenta ex multis conflata Zibethum Pulvis Zi-tantum redolent. Pulvis Zibethi simplex apud Alexium sit ex saccharo candi et Zibethosimul in pulverem redactis, qui servatur vase vitreo optime clauso. Rosellus sumit ovorum cortices lotos et ficcatos, in tenuissimum pulverem redigit et cuilibet unciae addit Karactos iij. Zibethi. Karactus autem pendet grana iiij. vel recipit cortices praeparatos ovorum duarum unciarum pondere, infundit in aqua rosacea Moschata 10. vel 12. diebus, eos exficcat, terit et cribrat in tenuissimum pulverem, addit pulveris sacchari fini unciam unam, tunc mortarium aeneum prunis ardentibus intro positis calefacit, quantum tactu ferre manus possint, inde absterio mortario imponit pulverem corticum, levi-

gat pistillo et addit Zibethi Karactos iiij. paulatim miscendo inuncta pittilli summitate, sic levigat spatio unius horae, postea in vitreo vase bene clauso servat, quo pulvere aspergemus dealbata linteamina, fubuculas et alias vestes.

Sapo odoratus fit ab iisdem aucto- Sapo. ribus, accipiendo laponem communem optimum, secant subtiliter et exficcant ad folem, velin umbra per 10. dies, tundunt et cribrant in pulverem tenuem, tunc addunt Zibe. thi pulverem et aqua rofacea uniunt in folidam formain.

Fiunt etiam ex Zibetho olea un Odoraguenta et suffumigia, quae describe menta.

re supersedebo.

Quoad vires medicas, F. Grego-Vires Pelrius de Bolivar apud Fabrum, pel. lis. lis, inquit, wentris ipfius est faluberrima in omnibus frigidis affectibus. Ventriculum praecipue roborat, fi frustulum ex bac eidem imponatur et quotidie gestetur. Nigri illi Guineae et Brasilienses barbari huius quoque animalis carnibus vefcuntur, ut cumque sit pessimi odoris et digestionis durissimae, quam ad venerem tamen

mant. Sed Hyaenae pellis ad morfum canis facit ex Scribonio Largo cap. 171. Pervenit ad me opinio, inquit, effe in insula Creta barbarum quendam naufragio adpulsum, maiorem natu publice mercedem accipientem. Quin etiam, quum liquorem timent et latratus edunt [pasmoque vexantur, remedium brachio sinistro alligato efficere, ut et potionem acciplant et liberentur vitio. Hoc ego, cum quaererem ab bospite meo legato inde misso nomine Zopyro Gordiense medico, quodesset promagno munere, accepi. Dixit autem Hyaenae coriiparticulam effe panno inligatam, quodeo adhuc non sum expertus quamvis protinus magnacura Hyaenaminvenerim et pellem paratam babeam, quia non incidit ex eo quisquamet opto quidem, ne incidat, sed quia id non est in nostra potestate, si casu inciderit, remedium habere oportet adtantaerei experimentum. Et Marcellus Empiricus cap. 36. Vituli marini, aut quod melius est, Hiaenae pelle sa a calciamenta, si quis in quotidiano usu babuerit, efficaciter podagrae morbo carebit, sic etiam Aetius ferm. 2. cap. 162. Hyaenae pellem quidam domi repositam adservant et usu expetente ipsam a rabioso cane commorsis circumdant. Namproprietate quadam prohibet, ne commor sus in aquae timorem delabatur, fed etiam illapfis auxiliatur, supra fidemautem eit, quodrefert Nonius cap. 259. de fulminibus scribens, a fulminibus dictas pelles homines tueri et praeservare, his verbis: Phocae pellis et Hyaenae: anobo Quorum animantium pelles etiam imperatorum naves circumferunt.

Zibethi autem liquorem equidem de aniv adfirmarem Avicennae fuisse cognitum et de eo egisse lib. 2. c. 326. nomine Galiae et Algaliae, quo loco non potest intelligere Galliam Moschatam, quia loquitur de medicamentis simplicibus, non autem de compositis. Alia verores est Algalia et Sedervam Serapionis, quae fuccus herbae frigidus et adstringens est, ut Acacia, quod etiam animadvertit Lusitanus in Dioscoridem. Por-

praestare maximum stimulum affir- ro Simon Ianuensis Zebeth esse Avicennae Galiam censuit et animalis Arabici sudorem. Adde quod vires ab Avicenna Algaliae tributae nulli alteri rei, quam nostro Zibetho conveniunt, scribit namque Avicenna: Galia lenit apostemata dura. Diffolvitur in oleo Ben, aut Keiriet destillatur in aurem dolorosam et eius odoramentum confert epileptico et wivificat eos et fedat fodam frigidam et, quando datur de eo in vino, inebriat. Odor Galiae confortat cor. Algalia confert doloribus matricis frigidis fupposita et apostematibus eius duris et phlegmaticis et provocat menstrua et facit matricem descendere praesocatam et inclinatam et mundificat eam et praeparat ipsam ad impraegnationem, quae omnia Zibethum peroptime praestat, non differt Galia ab Algalia, quia al est articulus apud

Matthiolus calidae et humidae fa- Temperacultatis esse censuit. Contra Carda- mentum. nus animalium odorata excrementa valde ficca pronunciavit. Renodeus et Amatus Lusitanus odorem Zibethi Moscho affinem dicunt, sic et qualitatem, at Moschus ex Avicenna est calidus et siccus in secundogradu. Quod fi animalis fudor eft, quum sit animalis calidissimi et tempore calidiffimo abundas, immo in animali ira et motu calefacto dicendum videtur Zibethum effe fub- zibeth castantiam biliosam, calidam et sic- lidum, sic cam, facultate digerente praeditam, sed quia sapor a nemine, quod sciam, est degustatus, ideo ex hoc nihil colligere possumus certe. Galenus 10. de simp. med. fac: agens de fudore, illi misceri interdum dixit nonnihil bilis, ita, ut aliquando salsus, aliquando amarus adpareat sudor, unde, quum Civetta fudans et bilescens copiosiorem reddat Zibethum, huicfudori nonnihil mifceri bilis opinabimur, quare fuccus erit facultate calidus et ficcus et fortasse amarus et acris. Et quum sudantium fordes facultatem habere expertus fuerit Galenus digerentem, ita, ut in phlegmone uberum

Caffe

rante

Adut

Arang

tus.

Ad c

fuerint efficax remedium, praeterea coitum incitandum, proinde inquit ad bubonem iisdem usus, celeriter disparuisse tumorem conspexerit. Hinc Avicenna Zibethum, feu Algaliam dura apostemata lenire scripsit. CafforDu-Sed partium genitalium videtur proprium iisdemque dicatum pharmacum, de quo Castor Durantes ita cecinit :

Adiuvat hoc uterum ne praefocetur, et inde

Est adeo vulvae gratum, ut proclives ad illud

Quamvis admotum irrepat. Ruellius vero, si cavernulae, inquit, umbilici admoveatur, tradunt conversum in alterutram partem uterum in fuam refilire fedem, aut fi furfum versus impulsus opprimat, subdito eo de vocari, tam amans buius odoramenti vulva, ut ad id undecunque admotum irrepat. Idem tradit Matthiolus, Renodeus, Amatus, qui etiam pessos adaptat. Hoc etiam utuntur ad uteri strangulationem L. Marcatus, M. Pafcalius, G. Bruelius, Schenckius, Hollerius, Altimarus, Arangulaet Capivaccius. Ad uteri praevocationem malignam commendat Io. Colle. codem etiam utuntur Rasis, et Valescus Algaliam vocantes. Rod. a Castro lib. 2. de Morb. Mul. cap. 1. ad strangulatus uteri, inungit os vulvae oleo aliquo odorato, admisto uno vel altero grano Zibethi, utitur etiam eiusdem sussitu ad uterum. et lib. 3. cap. 1. ad sterilitatem, ex Zibetho suffitus facit utero. item cap. 2. facit linimentum et cap. 4. os uteri Zibetho inungit. Haec autem visexperientia confirmata, fignatura videtur esse indicata, quum enim gignatur in animalibus parti-cula, quae uteri feu vulvae quan-

> Et quia Zibethum abundans in folliculis animalis irritat ipfum ad fui excretionem, videtur per id natura nobis fignificasse ipsius vim ad

> dam formam habet, videtur per id

natura nobis indicare voluisse, hu-

iuscemodi succum ibi genitum ha-

bere maximam proprietatem cum

Matthiolus, nec mirum est, si eo viri peni circumlito magnum mulieribus in coitu afferunt solatium. Sic Amatus Venerem incitari scripsit pudendis illitis. At Caesalpinus lib. 8. de mor. cap. 9. ad conceptum: Vt autem avidius, inquit, uterus semen suscipiat, aiunt Zibethumglandi illitum in Zibethi Veneris crescunt solatia coitu voluptatem mulieri adaugere, unde alacrius semen admittit. Gattinaria scripsit ad praesocationem matricis valere Zibeth vel Zebeth, quod adplicatur inuncto digito obstetrici et in vulvam immisso et subdit: De quo semel usus fui in mu-Adadpetiliere quadam patiente praefocationem, tum Venecui causavit tantum adpetitum coeundi, quod quasi continue volebat ma. rito suo copulari, deinde rogavit me fibi vellem talem adpetitum removere, dixi, quod ex se removebitur post aliquot dies. Et nota, quod si vir, quando vult uti cum muliere, ponat in summitate virgae de dicto Zibeth et subito utatur, causabit in eamaximam delectationem. Utuntur etiam eo ad delectationem mulieri praestandam Capivacceus, Fumanellus de comp. med. cap. 54. et alii.

Ad impotentiam coeundi Rod. Ad varios a Fonseca consult. 10. Zibetho oleo morhos. de Ben dissoluto inungit penem et testes. Fallopius et Bellocatus apud Trincau lib. 4. conf. 78. Capivacc. ad epilepfiam cuiusdam foeminae. Salomon Albertus apud Io. Philipp. Brendelium cons. 19. cerotaria ex Tacamahaca cum Zibetho in eorundem meditullio subligare fecit offi facro, unum in confinio huius et lumborum, et unum e regione fub umbilico, eadem cerata etiam adplicat Hystericae, conf. 99. sed conf. 98. in suffocation euteri. Oleum liliorum alborum cum Zibetho et Moscho subdit mulieri in gostypio. Praeterea Felix Platerus apud eundem cons. 102. ad iuvandam conceptionem iubet inungi pectinis regionem noctu cubitum iturae ex quodam linimento, cui Zibethi scrupulum semis miscet, et subdit, huius magna est utilitas affectibus uterinis, ut fint, qui credant, hoc

Gg 2 folum

animalium vulvis.

Ad coitum.

rantes.

Aduteri

#### HISTOR. NATUR. DE HYAENA ODORIF. 236

folum sterilitatem uteri corrigere Capivacc. Hystericis inungit puposse. Et Daniel Mylius lib. 1. Antid Medicochym. in fin. Zibeth, inquit, Colicae stercora expellit. Sed Hollerius ad colicam ab humore frigido. R. Civettae gr. iiij. aut vj. dissolve oleo rutaceo, inungatur venter: Greg. Horstius lib. 4. observ. 12. colico linimentum ex Theriaca cum pauxillo Zibethi ad inunctionem umbilici : Solenander fect. 3. cons. 28. in colica pituitosa, Zibethum inquit, utiliter umbilico infricatur et inungitur, vis enim ipsius penetrans calorifica promte se in interna infinuat et quicquid nebulosum est, discutit ac dissolvit, quod humidum est, siccat et mediocriter ita usurpatum calefacit, quod repetit ex isto Camerar. de Mirabil. cent. 4. num. 46. Erot. de pass. mul. c. 4. ad suffocationem super omnia est in-unctio facta ex Zibetho intus et extra vulvam, quiamenstrua attrahuntur et provocantur. Etiam Mercur. de morb. mul. lib. 4. cap. 10. Paraeus de hom. gen. cap. 48. Vidius de cur. membr. lib. 11. c. 21.

denda Zibetho vel mariti penem.

De Catti Zibethici felle. pinguedine et oleo ex ipso incocto nihil apud recentiores legimus, sed apud antiquos nonnulla extant de Hyaena ipsorum, ut ex Gal. 2. de comp. med. loc. cap. 7. Aselepiades in collyrio quodam liquido Bafilis habet fellis Hyaenae, in alio Antonii Mu-fae et alio Philoxeni. Sed Aelianus de Hist. Anim lib. 6. c. 46. Ibis felle inquit, Hyaenae interimitur. et 1. de comp. med. loc. cap. 1. Galenus ad alopeciam Hyaenae adipem laudat, quia tenuium partium substantiam habet, quae promte in cutis profundum penetrare queat, at-que ad radices usque capillorum pertingat, denique Aetius ferm. 2. cap. 164. idem facit, et Hyaena to. ta oleo velut vulpes cocta. Olei vulpini multas dotes enumerat, quae Hyaenae oleo etiam convenient. Demum cap. 194. Hyaena viva inquit, in oleo cocta, velut de vulpe dictum est, oleum discussorium essicit arthriticis utilissimum.

### CAPUT IX. De offibus Civettae.

a me parato, quod apprime utile erit istius naturam investigantibus, in hoc enim cognoscetur offium dispo-sitio, unde licebit conferre cum · Scheleto canis, vulpis, lupi, felis, etaliorum animalium, ut percipiatur fimilitudo et dissimilitudo cum di-Etis animalibus.

Quum in omnibüs animalibus non idem fit vertebrarum spinae numerus, in nostra Hyaena odorata 49. numerantur. at sui et erinaceo 4. tantum funt. Equo 8. camelo 15. collumenim constat sex vertebris, ut in canibus, hinc thorax assumit sibi duodecim more solito, adsunt in dorso septem aliae, ut cani etc. at erinaceo 8. cuniculo 10. demum cauda constat viginti quatuor officulis. In cane numeravi 15. tantum. In

Restatultimo loco proponendum maxillis dentes incisorii sunt sex utinque admodum parvi, utincatotrinque admodum parvi, ut in catopardo et canibus, his proxime accedunt canini dentes magnitudine et forma, ut in canibus. Molares autem utrinque funt fex, quorum primus prope caninos caeteris minor spectatur, ut penultimus ex his maior omnibus est.

> Effigies potius cani et huius generis similibus, quam alteri generi assimilari videbatur et haec breviter dicha sufficiant de anatome. Excuset autemnos lector, si nihil observavimus interiora secando, quia talis erat viscerum putridorum foetor, ut naufea excitata in meis discipulis praesentibus, nempe in Doctore Dominico Panarolo fecante et aliis ad-frantibus, celerrimam fectio-

nem vix permitteret.

ENV-

# ENVMERATIO MORBORVM

QVIBVS PETVNTVR REMEDIA

# QVADRVPEDIBVS.

bortus, \$8. 2. 172.b.	
	Coeliacus dolor, 12. a. 59. b. 69. a. 73. b. 160. a.
Abscessus maturans, 73.b.	Cocundi impotentia.
Affectiones aurium, 133. a.	A - VI - F
Affectus uterini, 149 b.	Coitus, 88.b.
Acceran mosisurus fit nea no	Coctum filmulans, 163. a.
Aeger an moriturus fit, nee ne, 171. b.	Coitum innantia, 133. a. 160. a.
Alopecias lanans 70. a. 133. a. 159. b.	Colicus dolor, 60. a. 88. b. 80. a. 120. b. 120. b.
Alui exulceratae fluores, 50. b.	149. b. 152. b. 157. b. 160 a. 170 b.
Aluum toluentia, 130. a.	Commitalis morbus, 19. b. 60. a. et b. 70. 3. 104.
Ambusti, 44. b. 71. a. 126. a.	b. 133, a. 149 b. 150, b. 153, a. 100, b. 213, b.
Amoris ardores mitigans, 23. b.	Conceptio mulieris, 160, a.
Angina, 179. b. 188. b.	
Anhelitus, 213. b.	Concernit and aliment
Anodynum, 206, b.	Contagium antantia
Antidotum, \$8. b. 206. b. 189. b.	Cantage uniters
Antepileptica, 92. b. 130. a.	Company Oil and a line was
	Contradio membrorum, 146.b.
	Connulsiones, 33. b. 120. a.
Apostemata, 46. a.	Crustae oris,
Apostema dissoluens, 46. a. 126. a.	Cutem emaculantia, 153. a.
Arthritis, 76. a. 146. b. 183. a. 191. a.	D. middenting
Articulorum contractiones, 71.a.	Design of the second of the se
Articulorum dolores, 126. 2 189. a.	Firmfirm att. 1-
Articulorum uitia, 150. b.	D
Affhmaticos luuans, 149. b.	Dentium ortus promouentia, 150. b.
Atra bilis, 46.a.	Dentitio infantum, 12. 2. 89. a. 159. b.
Aurium dolor, 44. 2. 114. b. 189. b. 213. b.	Dentitionis dolor, 114. b. 89. a.
Aures purgans, 59.a.	Delitationes lactics lactic,
Aures purulentae, 213. b.	Dentis dolor, 160. a. 171. b. 179.b. 188. b. 192 b.
	Dentes nacillantes, 80. a.
Auruginem tollens, 70. b. 73. b.	Defiderium cocundi adimentia, 130.b.
В.	Destillatio, 179.b.
Bilem expurgans, 59. b.	Difficultas meiendi, 88. b.
Bulimo laborantes, 165.b.	Dolores leniens, 88. a.
C	Delance de Consultant d'ins
	Dong delane
Calculus, 59. b. 76. b. 120. a. 133. a. 183. a.	Desferre
Calculus veficae, 59. b.	Dysenteria, 42. b. 45 b. 69. a. 70. a. 73. b. 88.
Caliginem abstergentia, 183. a.	
	Dytencom, 42, 5, 4, 6, 09, a. 70, a. 73, 0. 88,
Calli vitia, 20. a. 88. a.	a. 150. b. 160. a. 179. b. 189. b.
	a, 150, b, 160, a, 179, b, 189, b, E.
Cancer, 71.a.	a. 150. b. 160. a. 179. b. 189. b. E. Elephantiafis, 46. a. 70. a. 200. a.
Cancer, 71.a. Canis rabidi morfus, 179.b.	a. 150. b. 160. a. 179. b. 189. b. E. Elephantiafis, 46. a. 70. a. 200. a.
Cancer, 71.2. Canis rabidi morfus, 179. b. Canis rabiem fanans, 46.2.	a. 150. b. 160. a. 179. b. 189. b. E. Elephantiafis, Epilepfia, 20. a. 93. b. 114. b. 126. a. 152. a.
Cancer, 71.2. Canis rabidi morfus, 179. b. Canis rabiem fanans 46.2. Canitles, 20. 2.	a. 150. b. 160. a. 179. b. 189. b. E. Elephantiafis, 46. a. 70. a. 200. a. Epilepfia, 20. a. 93. b. 114. b. 126. a. 153. a. 160. a. 189. a. 194. a. 200. a. 195. b.
Cancer, 71.2. Canis rabiem fanans 46.2. Canis rabiem fanans 46.2. Canities , 20. 2. Capilli , 471. b. 172. b.	a. 150. b. 160. a. 179. b. 189. b.  E.  Elephantiafis,  Epilepfia, 20. a. 93. b. 114. b. 126. a. 153. a.  160. a. 189. â. 194. a. 200. a. 195. b.  Erifypulā,  189. ba
Cancer, 71.2. Canis rabidi morfus, 179. b. Canis rabiem fanans, 46.2. Canitles, 20.3. Capilli, 471. b. 172. b. Capillorum defluctio, 20.3.	a. 150. b. 160. a. 179. b. 189. b.  E.  Elephantiafis,  46. a. 70. a. 200. a.  Epilepfia, 20. a. 93. b. 114. b. 126. a. 153. a.  160. a. 189. a. 194. a. 200. a. 195. b.  Erifypula,  Exanthematis conducens,  69. b.
Cancer, 71.2. Canis rabidi morfus, 179. b. Canis rabiem fanans 46. a. Canities, 20. a. Capilli, 471. b. 172. b. Capillorum defluctio, 20. a. Capillos augens, 78 b.	a. 150. b. 160. a. 179. b. 189. b.  E.  Elephantiafis,  Epilepfia, 20. a. 93. b. 114. b. 126. a. 153. a.  160. a. 189. a. 194. a. 200. a. 195. b.  Erifypula,  Exanthematis conducens,  F.
Cancer, 71.2. Canis rabidi morfus, 179. b. Canis rabiem fanans 46.2. Canities, 20.2. Capilli, 171. b. 172. b. Capillorum defluctio, 20. a. Capillos augens, 78 b. Capillorum affectus, 133. b.	a. 150. b. 160. a. 179. b. 189. b.  E.  Elephantialis,  Epilepfia, 20. a. 93. b. 114. b. 126. a. 153. a.  160. a. 189. a. 194. a. 200. a. 195. b.  Erifypula,  Exanthematis conducens,  F.  Faucium dolores,  73. b.
Cancer, 71.2. Canis rabidi morfus, 179. b. Canis rabiem fanans, 46. a. Canitics, 20. a. Capillorum defluctio, 20. a. Capillorum defluctio, 20. a. Capillorum affectus, 78 b. Capillorum affectus, 133. b. Capillorum fluxus, 172. b.	Elephantiafis, 46. a. 70. a. 200. a. Epilepfia, 20. a. 93. b. 114. b. 126. a. 153. a. 160. a. 189. a. 194. a. 200. a. 195. b. Erifypula, Exanthematis conducens, F. Faucium dolores, Faciem erugantia, 200. b. E. 200. b.
Cancer, 71.2. Canis rabidi morfus, 179. b. Canis rabiem fanans 46.2. Canities, 20. 2. Capilli, \$171. b. 172. b. Capillorum defluctio, 20. 2. Capillorum affectus, 78 b. Capillorum fluxus, 172. b. Capitis dolores, 30.2.45. 2.211. b.	a. 150. b. 160. a. 179. b. 189. b.  E.  Elephantiafis,
Cancer, 71.2. Canis rabidi morfus, 179. b. Canis rabiem fanans, 46.2. Canitles, 20. a. Capilli, 471. b. 172. b. Capillorum defluctio, 20. a. Capillorum affectus, 78 b. Capillorum affectus, 133. b. Capillorum fluxus, 172. b. Capitis dolores, 30. a. 45. a. 211. b. Capitis ulcera, 211. b.	Elephantiafis, 46. a. 70. a. 200. a. Epilepfia, 20. a. 93. b. 114. b. 126. a. 153. a. 160. a. 189. a. 194. a. 200. a. 195. b. Erifypula, Exanthematis conducens, 69. b. F.  Faucium dolores, 73. b. Faciem erugantia, 200. b. Faciem fplendidam reddens, 43 a.
Cancer, 71.2. Canis rabidi morfus, 179. b. Canis rabiem fanans, 46.2. Canities, 20.3. Capilli, 471. b. 172. b. Capillorum defluctio, 20.3. Capillorum affectus, 78 b. Capillorum affectus, 133. b. Capillorum fluxus, 172. b. Capitis dolores, 30.2. 45. 2. 211. b. Capitis ulcera, 211. b. Carbunculi uentris, 71. 2.	a. 150. b. 160. a. 179. b. 189. b.  E.  Elephantiafis,
Cancer, 71.2. Canis rabidi morfus, 179. b. Canis rabiem fanans 46.2. Canities, 20.2. Capilli, 471. b. 172. b. Capillorum defluctio, 20.2. Capillorum affectus, 78 b. Capillorum fluxus, 133. b. Capitis dolores, 20.2. 172. b. Capitis dolores, 30.2. 172. b. Capitis ulcera, 211. b. Carbunculi uentris 71. 2. Carcinomata, 40.2. 114. b.	## 150. b. 160. a. 179. b. 189. b.  E.  Elephantiafis,
Cancer, 71.2. Canis rabidi morfus, 179. b. Canis rabiem fanans 46.2. Canities, 20.2. Capilli, 471. b. 172. b. Capillorum defluctio, 20.2. Capillorum affectus, 78 b. Capillorum fluxus, 133. b. Capitis dolores, 20.2. 172. b. Capitis dolores, 30.2. 172. b. Capitis ulcera, 211. b. Carbunculi uentris 71. 2. Carcinomata, 40.2. 114. b.	## 150. b. 160. a. 179. b. 189. b.  E.  Elephantiafis, 46. a. 70. a. 200. a.  Epilepfia, 20. a. 93. b. 114. b. 126. a. 153. a.  160. a. 189. a. 194. a. 200. a. 195. b.  Erifypula, 189. b. 194. a. 200. a. 195. b.  Exanthematis conducens, 69. b.  F.  Faucium dolores, 73. b.  Faciem erugantia, 73. b.  Faciem felendidam reddens, 73. a.  Faicium tumores, 133. a.  Febris, 110. b. 206.b.  Febris, 189. a.
Cancer, 71.2. Canis rabidi morfus, 179. b. Canis rabiem fanans 46.2. Canities, 20.2. Capilli, 471. b. 172. b. Capillorum defluctio, 20.3. Capillorum affectus, 133. b. Capillorum fluxus, 172. b. Capitis dolores, 30.2. 45. 2. 211. b. Capitis ulcera, 211. b. Capitis ulcera, 211. b. Carbunculi uentris, 20.3. 114. b. Carcinomata, 50.3. 114. b. Carnes exerefeentes, 59.2. 60. b.	Elephantiafis, 46. a. 70. a. 200. a. Epilepfia, 20. a. 93. b. 114. b. 126. a. 153. a. 160. a. 189. a. 194. a. 200. a. 195. b. Erifypula, Exanthematis conducens, F. Faucium dolores, Faciem erugantia, Faciem fplendidam reddens, Faucium tumores, Febris, 123. a. Febrium algores, Febris ardentes. 189. a. 189. a.
Cancer, 71.2. Canis rabidi morfut, 179. b. Canis rabiem fanans 46.2. Canities, 20. 2. Capilli, 471. b. 172. b. Capillorum defluctio, 20. 2. Capillorum affectus, 133. b. Capillorum fluxus, 172. b. Capitis dolores, 30.2. 45. 2. 211. b. Capitis ulcera, 211. b. Carbunculi uentris, 211. b. Carcinomata, 50. 2. 114. b. Carces exercicentes, 59. 2. 60. b. Catarrhus. 46. b.	## 150. b. 160. a. 179. b. 189. b.  Elephantiafis,  Epilepfia, 20. a. 93. b. 114. b. 126. a. 153. a.  160. a. 189. â. 194. a. 200. a. 195. b.  Erifypulā,  Exanthematis conducens,  F.  Faucium dolores,  Faciem crugantia,  Faciem fplendidam reddens,  Faciem fplendidam reddens,  Febris,  Febris,  Febris,  Febris ardentes,  Febrica ardentes.  Febrile incendium,  Folia is 190. a.  192. b.
Cancer, 71.2. Canis rabidi morfus, 179. b. Canis rabiem fanans, 46.2. Canitics, 20. a. Capilli, 471. b. 172. b. Capillorum defluctio, 20. a. Capillorum affectus, 78 b. Capillorum affectus, 133. b. Capitis dolores, 30. a. 45. a. 211. b. Capitis ulcera, 211. b. Carcinomata, 50. a. 114. b. Carces exerefeentes, 59. a. 60. b. Catarrhus. 46. b. Cerulum rigores. 43. b.	## 150. b. 160. a. 179. b. 189. b.  Elephantiafis,  Epilepfia, 20. a. 93. b. 114. b. 126. a. 153. a.  160. a. 189. â. 194. a. 200. a. 195. b.  Erifypulâ,  Exanthematis conducens,  Faucium dolores,  Faciem erugantia,  Faciem felendidam reddens,  Faucium tumores,  Febris,  Febris,  Febris,  Febrium algores,  Febres ardentes.  Febrie incendium,  Febres malignae,  Febres malignae,  St. b. 160. a. 179. b. 189. b.  189. a.  189. a.  189. a.  192. b.  Febres malignae,  88. b.
Cancer, 71.2. Canis rabidi morfut, 179. b. Canis rabiem fanans 46.2. Canitles, 20. a. Capilli, 471. b. 172. b. Capillorum defluctio, 20. a. Capillos augens, 78 b. Capillorum affectus, 133. b. Capillorum fluxus, 172. b. Capitis dolores, 211. b. Carbunculi uentris 71. a. Carcinomata, 50. a. 114. b. Carnes exerefeentes, 59. a. 60. b. Carum rigores 43. b. Chronici morbî, 149. b.	## 150. b. 160. a. 179. b. 189. b.  Elephantiafis,  Epilepfia, 20. a. 93. b. 114. b. 126. a. 153. a.  160. a. 189. â. 194. a. 200. a. 195. b.  Erifypulă,  Exanthematis conducens,  Faciem erugantia,  Faciem felendidam reddens,  Faciem felendidam reddens,  Febris,  Febris,  Febris,  Febrium algores,  Febrium algores,  Febres ardentes.  Febres malignae,  Febres periodicae,
Cancer, 71.2. Canis rabidi morfut, 179. b. Canis rabiem fanans 46.2. Canities, 20.2. Capilli, 471. b. 172. b. Capillorum defluctio, 20.2. Capillorum affectus, 78 b. Capillorum affectus, 133. b. Capitis dolores, 30.2. 45. 2. 211. b. Capitis ulcera, 211. b. Capitis ulcera, 211. b. Carbunculi uentris, 71. 2. Carcinomata, 50. 2. 114. b. Caracromata, 50. 2. 114. b. Carulum rigores 43. b. Chronici morbi, 149. b. Cicatrices, 213. b.	## 150. b. 160. a. 179. b. 189. b.  Elephantiafis, Epilepfia, 20. a. 93. b. 114. b. 126. a. 153. a. 160. a. 189. â. 194. a. 200. a. 195. b. Erifypulā, Exanthematis conducens, Faciem crugantia, Faciem filendidam reddens, Faciem filendidam reddens, Febris, Febris, Febris, Febris, Febriem algores, Febres ardentes. Febres malignae, Febres pariodicae, Febres quartana, Febris quartan
Cancer, 71.2. Canis rabidi morfut, 179. b. Canis rabiem fanans 46.2. Canities, 20. 2. Capilli, 471. b. 172. b. Capillorum defluctio, 20. 2. Capillorum affectus, 133. b. Capillorum fluxus, 172. b. Capitis dolores, 20. 2. 211. b. Capitis ulcera, 211. b. Capitis ulcera, 211. b. Carbunculi uentris, 71. 2. Carcinomata, 60. 2. 114. b. Carculim rigores, 43. b. Catarrhus. 46. b. Ceruim rigores, 43. b. Chronici morbî, 149. b. Cicatrices, 213. b. Cicatrices faciei, 179. b.	## 150. b. 160. a. 179. b. 189. b.  Elephantiafis,  Epilepfia, 20. a. 93. b. 114. b. 126. a. 153. a.  160. a. 189. â. 194. a. 200. a. 195. b.  Erifypulā,  Exanthematis conducens,  Faciem crugantia,  Faciem felendidam reddens,  Faciem felendidam reddens,  Febris,  Febris,  Febris ardentes.  Febrie incendium,  Febres malignae,  Febres periodicae,  Febris quartana, 45. b. 50. b. 70. a. 126. a.  160. a. 179. b. 198. b. 199. b. 294. a. 211. b.
Cancer, 71.2. Canis rabidi morfus, 179. b. Canis rabiem fanans, 46.2. Canitics, 20. 2. Capilli, \$171. b. 172. b. Capillorum defluctio, 20. 2. Capillorum affectus, 132. b. Capillorum fluxus, 172. b. Capitis dolores, 30.2. 45. 2.211. b. Capitis ulcera, 211. b. Carbunculi uentris, 71. 2. Carcinomata, 50. 2.114. b. Carcinomata, 50. 2.114. b. Catarrhus. 46. b. Cerulum rigores 43. b. Chronici morbi, 149. b. Cicatrices, 213. b. Cicatrices, 213. b. Cicatrices faciei, 179. b. Cicutae efus, 88. b.	## 150. b. 160. a. 179. b. 189. b.  Elephantiafis,
Cancer, 71.2. Canis rabidi morfut, 179. b. Canis rabiem fanans 46.2. Canities, 20. 2. Capilli, 471. b. 172. b. Capillorum defluctio, 20. 2. Capillorum affectus, 133. b. Capillorum fluxus, 172. b. Capitis dolores, 20. 2. 211. b. Capitis ulcera, 211. b. Capitis ulcera, 211. b. Carbunculi uentris, 71. 2. Carcinomata, 60. 2. 114. b. Carculim rigores, 43. b. Catarrhus. 46. b. Ceruim rigores, 43. b. Chronici morbî, 149. b. Cicatrices, 213. b. Cicatrices faciei, 179. b.	## 150. b. 160. a. 179. b. 189. b.  Elephantiafis,  Epilepfia, 20. a. 93. b. 114. b. 126. a. 153. a.  160. a. 189. â. 194. a. 200. a. 195. b.  Erifypulā,  Exanthematis conducens,  Faciem crugantia,  Faciem felendidam reddens,  Faciem felendidam reddens,  Febris,  Febris,  Febris ardentes.  Febrie incendium,  Febres malignae,  Febres periodicae,  Febris quartana, 45. b. 50. b. 70. a. 126. a.  160. a. 179. b. 198. b. 199. b. 294. a. 211. b.